

Itaque, cum perdifficile sit tot probationes Tertiariorum profesionesque innovari, humillimus idem Orator enixe Sanctitatem rogat Tuam, ut omnia in hanc usque diem vitia, quæ sic admissionem ad habitum ac tyrocinium professionemque Sodalium Tertii Ordinis sacerdotalis substantialiter inficiunt, suprema Auctoritate tollere digneris, atque omnes hujusmodi receptiones ac tyrocinia profesionesque Tertiariorum sanes in radice ac ratihabeas, ne alioquin Christifideles Tertio Ordini Seraphico nomen dantes, spiritualibus bonis hinc resultantibus immeriti proventur.

Et Deus...etc...

Vigore specialium facultatum a Sanctissimo Domino Nostreo concessarum, Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, attenlis expositis, receptiones omnes, tyrocinia ac profesiones Sodalium Tertii Ordinis sacerdotalis in radice sanat atque convalidat in omnibus juxta preces.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ 3 Februarii 1904.

D. card. FERRATA, *Praef.*

PH. GIUSTINI, *Secret.*

En vertu de cette déclaration de la Sacrée-Congrégation des Evêques et Réguliers, toutes les admissions au Tiers-Ordre franciscain, qui auraient pu être entachées de nullité, soit par défaut de pouvoirs chez le prêtre qui a reçu, soit par défaut de inatières requises